Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manducare uobiscũ anteqũ patiar. Dico enim uobis
quia ex hoc nõ manducabo illud donec impleat
ur̃ in regno dei. Et acepto calice: grãs egit et dixit
Accipite: et diuidite inter uos. Dico enim uobis
quod non bibam de generacione uitis donec reg
num dei ueniat. Et acepto pane: grãs egit ac
fregit: et dedit eis dicẽs. Hoc est corpus meũ qd̃
pro uob̃ tradetur: hoc facite in meam cõmẽoracõm
Similiter et calicẽ postq̃ cenauit dicens. Hic est
calix nouũ testamentũ in meo sanguine qui pro
uobis fundetur. Verũtamẽ ecce manus traden
tis me mecũ est in mensa. Et quidẽ filius hois
secũdũ quod diffinitum est uadit: uerũtamẽ ue
hoi illi p quem tradetur. Et ipi ceperũt quere int̃
se: quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta
est aut̃ et ꝛ tencio inter eos: quis eorũ uideretur
esse maior. Dixit aut̃ eis. Reges gentiũ dominantur
eorũ: et qui potestatẽ habent sup̃ eos benefici uocã
tur. Vos aut̃ non sic: sed qui maior est in uobis
fiat sicut minor: et qui precessor est sicut minis
trator. Nam quis maior est qui recumbit: aut
qui ministrat. Nonne qui recumbit. Ego autem
in medio uestrũ sum sicut qui ministrat. Vos aut̃
estis qui p mansistis mecum in tẽptacionibus
meis. Et ego dispono uobis sicut dispoſuit
michi pater meus regnum ut edatis et biba
tis sup̃ mensam meam in regno meo et sedea
tis sup̃ thronos iudicantes duodecim tribus
israel. Ait aut̃ dñs symoni. Symon ecce sathanas
expetiuit uos ut cribraret sicut triticũ: ego
aut̃ rogauit pro te ut nõ deficiat fides tua et tu